

prælegenda est, quod in absentem sententia lata sit nulla : *l.s. ff. 5
l. 21. C. de Pæn.* Quod intelligendum est in tali casu, quo per viam accusationis proceditur ; Secus si agatur via inquisitionis, tum quia fama vicem accusatoris sustinet, non potest alius accusator in iudicio constitui, sed vel reus solus coram iudicio sistitur, vel illis in locis, ubi consuetudo talis viget, ut publica & solennis accusatio adhuc in usu sit, quemadmodum *artic. 83. & 89.* dictum est, quidam ex Assessoribus, vel aliunde assumi & in locum Accusatoris surrogari poterit.

(2.) Quod si pœna corporalis fuerit decreta, tuin Actuarius illum specificè in sententia exprimere debet, quomodo & qua ratione illa infligenda sit. Numquid illa vitam penitus adimat, uti est decapitatio, suspedium, vivicomburium, &c. vel saltem sit pœna corporis afflictiva, quâ salvâ manente vitâ, corpori dolor infertur. Utī est fustigatio, manus amputatio, stigmatis inustio. Proinde non sufficit in sententia exprimere, quod Reus pœna mortis sit afficiendus : sed subinde requiritur, ut determinet speciem pœnæ, an reus gladiis, rotâ, fune, igni vel aquâ puniendus sit. Et sicuti in civilibus sententia debet esse certa, nec sufficit, si dicam : Condemnandus est Sempronius ad solvendum debitum, cum non constet, quid, quantum & quale solvere teneatur ? Pari modo in criminalibus sententia debet esse certa, ad hoc, ut certa pœnæ species exprimatur, eapropter quoque talis condemnatio non valet : Sempronius ad ultimum supplicium condemnandus est, sed necesse est, ut certa species ultimi supplicii exprimatur. De quibus infra.

ARTIC. XCV.

Cum plures accusatores reique concurrunt, sermo plurium numero offerendus est.

Wo mehr dann ein Kläger / oder ein Antworter in Rechten stünden / dasz alsdann dieselben Wörter / wie sich von mehr Personen zu reden geziemt / gebraucht werden sollen.

Die vorgesetzten Rede / so vor Gericht beschehen sollen / laufen als auf einen Kläger / und auss einem Antworter. Aber es ist nemlich zu merken / wo mehs denn ein Kläger / oder ein Antworter in Rechten stünden / dasz alsdann dieselben Wörter / wie sich von mehr Personen zu reden geziemt / gebraucht werden sollen.

AD.